

1.  
2.  
3.  
4.



IV. 117

1787 71

DISSERTATIO  
IVRIS PVBLICI VNIVERSALIS  
DE  
TVTELA ILLVSTRI

Q V A M  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
P R A E S I D E  
D. IACOBO FRIDERICO KEESIO

SVPREMAE IN PROVINCIA CVRIAE ET CONSISTORII ELECTORALIS  
LIPSIENSIS NEC NON IVDICII PROVINCIALIS IN MAR-  
CHIONATV LVSATIAE INFERIORIS ADSESSORE

DIE XXVI. MARTII A. O. R. MDCCLXXXVII.  
IN AVDITORIO ICTORVM

h. c.

PVBLICE TVEBITVR

AVCTOR

CHRISTOPHORVS GODOFREDVS KETTE

NVMBVRGENSIS-SAXO  
IUR. PVBL. ET PRIV. CVTOR

1799


LIPSAE  
EX OFFICINA SOMMERIA.



TYTEIA ILLVSTRI

GEORGIUS WERNERUS  
FRIDERICO KESIO

IN ADITORIO  
CHRISTOPHORI GODEFRIDI KESII



VIRIS

ILLVSTRISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS

AC

GENEROSISSIMIS

DOMINO

GEBHARDO WERNERO

S. R. I. COMITI

DE SCHVLENBURG

DYNASTAE IN WOLFSBURG, BROHME, BILDORF, DEHLITZ ETC.  
POTENTISSIMO BORVSSORVM REGI A CONSILII IN-  
TIMIS CIVITATIS AC BELLI ADMINISTRO AV-  
LAEQVE MARESCHALLO NEC NON ORDINIS  
IOHANNITICI EQVITI REL.

AC

DOMINO SVMME REVERENDO

CHRISTOPH. DE TAVBENHEIM

DYNASTAE IN BENNDORF ETC.  
POTENTISSIMO BORVSSORVM REGI A CONSILII INTIMIS,  
CAPITVLI NVMBVRCENSIS PRAEPOSITO REL.

PATRONIS SVIS INDVLGENTISSIMIS

OB  
SINGVLAREM CLEMENTIAM  
AC  
INSIGNIA BENEFICIA  
OMNI OCCASIONE IN SE COLLATA  
HASCE  
SPECIMINIS ACADEMICI PRIMITIAS  
GRATI ANIMI MONVMENTVM

D. D. D.

TANTORVMQVE NOMINVM ILLVSTRISSIMORVM  
PATROCINIO NUMQVAM NON COMMENDATVS ESSE CVPIIT

CHRISTOPHORVS GODOFREDVS KETTE



**T**utela illustis, siue tutela, cui ii subfunt, qui imperio pollent  
ciuili, a non nullis quidem scriptoribus aliud quasi agendo  
proposita tractataque, a nemine vero ita hoc argumentum grauissi-  
mum exhaustum est, vt spicilegio nulli relictus videatur locus. Sic  
enim scimus HVGONEM GROTIUM<sup>1</sup>, iuris naturae ac gentium indaga-  
torem sagacissimum, materiam hanc paucissimis docuisse vel potius  
tantum tetigisse. Io. GVYERREZ I. Ctus Hispanus, de curis et tutelis  
Norimbergae 1650. scripsit, vbi de tutela Regnorum quidem peculi-  
ari sectione egit, ad patriae tamen leges reuocata. CHRISTOPH. BESOL-  
DVS in tractatu de successione, quae regni fit iure et electione regia  
plura de tutela regia obseruauit notatu digna. Io. NICOL. HERTIVS,  
illustre olim academiae Giesfensis decus, dissertationem Giesfae 1682.

A 3

1) de Iure Belli ac Pacis libri III. ex Edit. Io. Barbeyrac. Amstelaed. 1720.  
8. Lib. I. Cap. III. §. XI. 2. Ibid. §. XV. 1.

de tutela regni scripsit in Opuscul. Eiusd. Vol. I. Tom. I. no. 10. collocatam. Cuius quidem vel in hanc iuris scientiae partem merita quamquam non dissimulamus, tamen ab errore eorum sibi met non factis cauit, qui a non nullis Iuris Publici Particularis exemplis principia vniuersalia abstrahere ausi sunt. Praeter hos scriptores et illi, qui Iuris Publici elementa exposuerunt, argumentum nostrum haud plane neglexerunt. Quando quidem VLRICVS HVBERVS de iure ciuitatis libros III. Franeg. 1672. edidit, qui 2) Sect. VII. Cap. VIII. p. 287. de tutelis regis praeclare commentatus est, ita tamen, vt nec ab ipso nec a Consultiss. HENR. GODOFR. SCHEIDEMANTELIO 3), nec a Io. AVG. HENR. VLTRICO Seren. Duc. Saxo-Cob. a Consil. Aul. Moral. et Polit. P. P. O. 4), nec a IOACH. GEO. DARIUS 5) qui breuissimis tutelae illustris iura adumbrarunt, laboribus nostris utilitas videatur praerepta. Quamobrem cum academiae instituta absolutorum studiorum specimina ab iis, qui ad altiora aspirant, postulent, interque ea publica sit disputatio, hac quidem occasione oblata proprias et in scribendo libello academico vires periclitari proque earum modulo suadente Illustri Praefide *de tutela illustri* ita disserere constitui, vt iuris publici vniuersalis principia rerum publicarum vsu illustrata explicem utilitatemque doctrinae nostrae significem vberriam. Cui quidem conatui vt intelligentes harum rerum arbitri faueant eorumque applausu ardorem discendi iuuenilem iuuent, vehementer opto.

## §. I.

*Tutela illustris differt a tutela principum suprema.*

Tutelae siue potestati in eum, qui ob teneram aetatem aliud impediendum nec sibi nec rebus praesse potest, personas subesse tam publicas quam priuatas, tam imperantes, quam subditos et nobis tacentibus vnumquem-

- 2) Editionis IVtae cum notis CHRISTI. THOMASII Lips. 1708. 4.  
 3) in *algemeinen Staatsrechts* Ien. 1775. 8. Sect. 2. Cap. 5. §. 136.  
 4) in *Initiis Philosophiae Iusti*. Ien. 1783. 8. §. 483. p. 325.  
 5) in *Institution. Iurisprud. vniuers.* Edit. VII. Ien. 1776. 8. §. 775. Sch. P. 448.



quemque sana docet ratio. Tutelam illustrem vocamus vim ac potestatem ad tuendam imperantem civilem, qui ob aetatis imbecillitatem aliamque ob causam suo superesse officio impeditur, eaque administranda, sine quibus finis civitatis obtineri nequit. Imperans vero civilis nobis est persona siue physica siue moralis, quae ex consensu populi iura exercet maiestatica. Haec tutela illustris, cui imperans civilis, ceu pupillus, subest maximo opere differt a suprema principum magistratuumque <sup>6)</sup> tutela, quae ius subditis, qui propter aetatem aut propter aliud impedimentum se ipsos defendere nequeunt, Tutores constituendi ac confirmandi obligationis suae vicarios, iura et officia eorum definiendi eosque perfidos ab officio remouendi, complectitur ac in vernacula *Obervormundschaft* audit. Nec opus est, ut discrimen iuri Quiritium magis, quam Germanorum notum tutelam inter et curam notemus, quod ius naturae, cuius vestigia sequimur, plane ignorat.

## §. II.

*Leges, quibus regitur tutela illustris. Haec quamnam regiminis formulam praesonat?*

Quaestione ad quasnam leges tutela illustris sit reuocanda? nobis oblata respondemus: et hic uti in reliquis iuris ciuitatum vniuersalis capitibus voluntatem contrahentium ac ciuitatem consensu vel expresso vel tacito constituentium praesumptam tum vtramque facere paginam, cum in pactis fundamentalibus vel domus Augustae gentilitiis nihil cautum sit. Nec enim nos cum HENR. COCCEN <sup>7)</sup>, MICH. GRIEBNERO <sup>8)</sup>, DIET. HERM. KEMMERICHIO <sup>9)</sup>, aliisque, qui iuribus par-

6) SAM. FRID. WILLENBERG de supremo orphanorum tutore. Gedan. 1722. in El. Exerc. sabbath. T. II. p. 377. seq.

IO. GOTTL. HEINECCIUS de suprema principum magistratuumque tutela. Francof. 1730. 4. in Oper. T. II. p. 713. seq.

7) in Iur. Publ. Prudent. Cap. 29. §. 7.

8) Diss. de praerudicio principum Imperii ex abusu iuris Iustinianaei, Cap. 2. §. 9. n. d.

9) in Introduct. ad Ius Public. Lib. 8. Cap. 5. §. I.

particularibus ac Iustiniano adeo in auxilium vocatis rem transigunt, facere aperte fatemur, quorum opinio, nisi agnitio specialis intuitu eius, qui subditus non est, accessit cuiusque regimen vicarium ex sola civitatis constitutae ratione definiendum, nulla idonea fulcitur ratione nec vilo modo ad omnium gentium pupillos illustres quadrat. Tuenda illustris persona porro talem regiminis formam exigit, qua vni vel certo ac pactis fundamentalibus determinato personarum numero summa rerum commissa est, exclusa ea, quae maiestatem penes populum esse finit, quam Democratiam nuncupant. Qua propter et in Imperio Rom. German. <sup>10)</sup> tutelam illustrem tam ratione Imperatoris, quam ipsi in regimine Imperii iunctorum statuum saepius obuiam cernimus.

§. III.

*Quotuplici modo tutela illustris deferri possit.*

Et tutelam personarum illustrium Latii iura secuti in testamentariam, legitimam ac datiuam diuidunt. Iam cum iuris naturalis ratio successionem non agnoscat nec testamentariae dispositioni vllas largiatur vires, in aprico positum, vltimam voluntatem patris regentis nec circa tutoris designationem absque populi consensu valere. Attamen rationes grauissimae mouent populum, vt iudicium patris, in quem summae rerum gerendae fiduciam reposuit, quemque omnium optime et de filii et de rei publicae salute testatum esse recte praesumunt, causa cognita sequatur. <sup>11)</sup> Vti nec tutela legitima inter principes eatenus intelligitur, quatenus successoris personam non designauit populus. Quae vero vna inter personas illustres obtinet tutelae species est

10) B. IOACH. HENR. SICRAND Diff. de forma f. statu S. R. Imperii Rostoch. 1645.

NIC. CHRISTOPH. L. B. DE LYNKER Diff. de forma f. statu S. R. Imperii. Ien. 1689.

C. E. SCHMIDT, qui Adv. Sax. causis in foro agendis Num burgi operatur, Progr. de forma Imperii Rom. Germanici Lips. 1783.

FRANC. MAUR. BACHMANN, Consil. Regim. et Iur. Publ. Prof. Progr. de forma Imperii Rom. Germ. Erford. 1786.

11) Sic Conradum Imperatorem filium impuberem Henricum III. successorem electum Brunoni in tutelam commendasse refert WIPPO in Vita Conradi Sal. ad a. 1026.

est datiuā, cum, vti successiois iura in imperium ciuile perpetua, sic et temporaria haec atque vicaria a voluntate pendent populi. Pactitiam denique e iuris patrii placitis nonnullos <sup>12)</sup> iuris publici vniuersalis interpretes admittere haud ignoramus, tamen quo minus eandem simpliciter agnoscimus vel hoc obstat, quod pater, qui super filii tutela pactus est, non magis post mortem omiſſa obligatione pactitia laedi possit, quam pacifcens superstes ad eandem implendam adigatur.

§. IV.

*Quis pupillo illustri tutorem constituat? Num etiam iuuuim?*

Missa ob arctiores libelli academici limites ciuitatum originis <sup>13)</sup> disquisitione, constat, maiestatem siue singula, quae imperio ciuili insunt, iura ante ciuitatis constitutionem penes populum esse ideoque et huius arbitrio relictum esse, cuius administrationem horum iurium vel ad tempus vel in perpetuum conferre velit. Palam itaque est populum, si summam regiminis potestatem durante imperantis impubertate exercere ipse nolit, sub praescripta administrationis lege eandem alii tutoris qualitate instructo concedere posse. Quid? quod principi, cuius fidei imperium ciuile commisit, in mortis euentum filio impuberi tutorem constituendo prospiciendi ius recte largiatur <sup>14)</sup>. Cum porro tutela munus sit in rei publicae commodum suscipiendum nec imperii summa potestas absque grauissimo periculo vacare possit diutius, sequitur, vnumquemque ciuem necessariis animi virtutibus insignem atque legitimo modo designatum ad tutelae illustris onus vel

12) Vti DARIUS l. l. §. 587. Cor. III. p. 319. et Clariss. VLRICHVS l. l. §. 450. p. 296.

13) Cf. IO. NIC. HERTII Diff. de modis constituendi ciuitates, Resp. D. Io. Caspari, Trabena-Mofellano, Regis Succiae in Ducatu Bipontino Consiliario, mense Ianuar. 1685. habitam in Hertii opusc. Vol. I. Tom. I. p. 409. seq. Carl. Frid. KRUMBHOLZ Diff. de Ciuitatum Origine Ien. 1711. D. I. C. MAIOR, P. P. O. Tubingens. Autonomie. Tübingen 1782. 8. Kap. 2. §. 28. 30.

14) LVD. CONR. SCHROEDER Diff. de principe imperii citra testamentum de tutela filii sui disponente. Marb. 1749.

emolumentum suscipiendum et inuitum cogi posse, ita tamen, ne, si quas forsan easque iustas exculationis necessariae, quas vocant, causas, quo capitalis cum defuncto vel pupillo inimicitia, nexus debiti in litem deducti <sup>15)</sup> aliaeque pertinent, habeat, inaudito tutela obtrudatur.

## §. V.

*Qualem?*

Ratione sexus dubium non est, et foeminas ex legibus naturalibus tutrices esse posse. Tamen inter viros eruditos saepius agitata est quaestio: num foemina imperantis ciuilis tutelam recte subeat, cum iura positia muneris publico gerendo eandem imparem censeant? Sed, si perpendas, ad animi dotes solum esse in imperii vicario respiciendum, foeminasque complures cautas, callidas, constantes, sapientes, immo masculis non numquam prudentiores adeoque in Ciuitatum historia reginas regnorumque tutrices inueniri, quas frustra aemulati sunt principes alii, in nostram sane sententiam lubens transibis. Nec opus monere tutricem illustrem legum posituarum priuarum, quibus non subest, beneficiis muliebribus, cum dignitatis quodam dispendio renunciare haud debere. Aetatem subeundae illustris pupilli tutelae aptam quod attinet, non negamus eandem accurate definiiri non posse, eiusmodi tamen sit necesse est, vt omnibus regiminis partibus exercendis idonea ideoque omnes et intellectus et voluntatis vires satis explicatae roburque suam naetae sint. Nec itaque KEMMERICHIO <sup>16)</sup> assentimur, qui iustam tutoris illustris aetatem ex iure romano definiendam autumat. Quo minus porro ad status dignitatis aequalitatem, vti ex haecenus a nobis propositis liquet, respiciendum, eo maiorem tutoris illustris religio mereatur respectum. Quamquam enim ex iis non sumus, qui omnino omnino prohibitam a cultus diuini paritate vnice dependere, superstitione sibi persuadent, maximi tamen integrae ciuitati momenti est, non aliam, si fieri potest, religionem a tutore illustri amplecti, quam cui princeps ipse ac ciuitas nomen dedit, non modo ob futuri regentis educationem, verum et ob leges in religionis publica confessione approbatae detrimentum forsan ferendas.

## §. VI.

15) CAR. FRIDR. WALCHII Diss. de tutore pupilli sui ante susceptam tutelam debitore. Ien. 1778. 4.

16) in Introd. ad Ius Publicum. Lib. VIII. §. 20.

§. VI.

*Quando tutelae illustri locus?*

Principes aequae ac subditos tutelae habere non solum experientia, sed et res ipsa ciuitatumque ratio ac finis docet. Quotiescunque vero aliquid impedimento est, quo minus officio sibi met demandato imperans superesse possit, toties isti nostrae tutelae locus. Sic non modo ob imbecillam aetatem impuberes, infantes, nascituri, sed et furiosi, qui cum impetu, menteque capti, qui sine impetu ineptiunt, melancholici, stupidi ac ingenio omni destituti, quousque tristi hac conditione premuntur, tutores recte accipiunt. Quorsum et prodigos refero, qui bona temere profundunt nec tempus finemue expensarum habent ac proinde saluti omnium nocent, quibus ex lege praepositionis prodesse debebant. Vti denique princeps cum animo reuertendi in regiones disstas abiturus ex praesumpto populi consensu vicarium iuterea temporis constituit, sic tyranno siue illi, qui dolo malo conculcatis pactis fundamentalibus ciuitatem suppressimere potestateque sibi concedita abuti audet, non tam tutor a populo datur, quam hostilibus eius conatibus obex merito ponitur.

§. VII.

*Iura et obligationes tutoris illustris.*

Sicuti pupillo illustri potestatis summae iura competunt eorum tantum exercitio carenti, ita hoc ipsum eius tutori collatum est. Ea igitur omnia, quae ex pactorum ciuitatem constituentium formula regenti concessa intelliguntur maiestatis iura tutor durante officio vicario recte exercet eoque finito pupillo adulto relinquit. Quod ut fiat caute ex parte ciuitatis tutelam committentis procedendum mediisque idoneis efficiendum, ne tutor regiminis deliciis atque illecebris forsannium delinitus tutelam finitam longius iusto continuet, ciuitatemque perdat subditosque opprimat. Tutoris munere, ut diximus, publico fungentis obligationem gratuitam esse verum quidem est nec fructus ac redditus imperii ciuilibus ad ipsum pertinent<sup>17)</sup>, nisi ex speciali populi

B 2

con-

17) IO. PETR. DE LYDEWIG Diff. Iur. Rom. et Germ. in fructum attributione in primis tutelae fruquariae. Hal. 1712. Tom. II. Opusc. Miscell. p. 1204. sqq.

concessione vel permisso, quin potius non modo summa fide pupilli educationem futuro vitae generi aptam instituire, ambitumque scientiarum ad regimen ciuitatis rite obeundum necessariorum doceri curare bonaque ad diligentis patris familias modum administrare est obstrictus. An denique tutor illustris rationibus reddendis sit obnoxius? disputant. Alii tutelam illustrium fructuariam somniantibus hoc negantibus, aliis, quibus et legum circa rei alienae administrationem latarum similitudo fauet, affirmantibus, quibus et nos assentimur benignari, non numquam, ne arcana domus proderentur, rationes a tutore illustri non exactas, tamen hanc a cuiusuis arbitrio pendentem indulgentiam ad exemplum trahendam non esse.

#### §. VIII.

##### *Quando finiatur principum tutela?*

Impedimento vel ratione, ob quod tutela necessaria visa, plane cessante, hanc quoque cessare patet. Sic I) maiori aetate consecuta, Quae cum ad animi vires maturas potissimum spectet eaque in vno quoque indiuiduo fere diuersa sit, certum iidem terminus definiri nequit. Nihilo minus tamen arbitrium eius rei decidendae deficiente norma alia penes neminem, quam ipsum populum, esse credimus notamusque eo maiorem videri in principibus maturitatem necessariam, quo amplior cognitionum ad ciuitatem regendam necessarium est campus, quoque verius est: reges non annis sed virtute fieri maiores. 18) II) Furore, dementia vel melancholia cessante et, quod prodigum attinet, ipso saniorum morum specimina haud suspecta vel transitoria edente. III) Morte pupilli vel tutoris, cui quippe alium sibi met substituere ob industriam qualitatemque personae electam non licet. IV) Remotione eius, qui tyrannidem affectat ausibusque hostilibus ciuitati pupilloue illustri minatur exitium vel alio modo perdit agit. V) Abdicatione voluntaria, modo tempestiue ac in manus eorum

18) DIET. HERM. KEMMERICHVS de maiori principum aetate. Lips. 1734.

rum tutelam reddat, a quibus constitutus est. VI) Morbo continuo administrationis regni curam plane impediente. VII) Absentia diuturniori, vel ea, quam sine praescitu eorum, qui ipsum constituerunt, contraxit, quorsum et captiuitas pertinet. VIII) Venia aetatis, quae apopulo tum recte, dissentiente licet tutore, conceditur, cum rerum summae gerendae scientia ac prudentia parem reperiat pupillum. IX) Causa alia superueniente, quae, si ab initio adfuisset, tutorium munus conferri non potuisset. X) Materna tutela finitur, si ad vltiora vota tutrix illustris transeat <sup>19)</sup> cum tutelae optimaе gerendae praesumptio amore naturali nixa accessione vitrici ipsam quodam modo matris tutricis libertatem restringentis sin tollatur, tamen admodum debilitetur.

19) IVST. HENNING. BOEHMERVS de secundis nuptiis personarum illustriuh. Hal. 1723. 4.


ORNATISSIMO  
ATQVE  
DOCTISSIMO  
CHRISTOPHORO GODOFREDO KETTE  
S. D. P.  
D. IACOBVS FRIDERICVS KEESIVS.

**S**ic magna cum voluptate video, TE, DILECTISSIME KETTE, quem praeclaris ingenii dotibus instructum meis praelectionibus adfide interesse animaduerti, quemque doctrinae haud vulgaris copia non minus, quam morum integritas ac elegantia vnicuique commendant, sic, inquam, TE video cathedram publicam me certaminis moderatore ascensurum, de quo dudum praefagit animus, fore, ut rei publicae sit emolumento insigni gentique TVAE honoratissimae gaudio exoptatissimo. Quod vtrumque uti TIBI ex animi sententia gratulor, ita eo laetius in laudum TVARVM societatem me concedere declaro, cum illas iusta eruditionis TVAE diurnis nocturnisque laboribus partae praemia esse sciam. Libellum TVVM non nullis, licet paucis, notis ac emendationibus meis auctum recipias ac vel hoc nomine me TVIS precibus lubenter satisfacisse sis persuasus. Vale meque TVI studiosissimum amare perge. Scripsi in Vniuersitate Litterarum Lipsica die XXII, Martii A. O. R. MDCCLXXXVII.

---







ULB Halle

3


003 335 402



*Sl.*







13

1787/11

DISSERTATIO  
IVRIS PVBLICI VNIVERSALIS  
DE  
TVTELA ILLVSTRI

QVAM  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
PRAESIDE  
D. IACOBO FRIDERICO KEESIO

SVPREMAE IN PROVINCIA CVRIAE ET CONSISTORII ELECTORALIS  
LIPSIENSIS NEC NON IVDICII PROVINCIALIS IN MAR-  
CHIONATV LVSATIAE INFERIORIS ADSESSORE

P 199

DIE XXVI. MARTII A. O. R. MDCCLXXXVII.  
IN AVDITORIO ICTORVM

h. c.

PVBLICE TVEBITVR

AVCTOR

CHRISTOPHORVS GODOFREDVS KETTE

NVMBVURGENSIS-SAXO  
IUR. PVBL. ET PRIV. CVTOR

LIPSIAE  
EX OFFICINA SOMMERIA.

KONFRIED  
UNIVERS.  
ZVHALF